



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 1. Synodus Rothomagi a Borbonio Cardinale indicta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)



Japones Pontifici Rom: obsequium præstantes.

Claubert Sc. A.D.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ

LIBER CLXXVI.

~~~~~  
 GREGORIUS XIII PONTIFEX MAXIMUS,  
 RUDOLPHUS II. OCCID. IMP.

§. I.

*Synodus Rothomagi a Borbonio Car-  
 dinale indicta.*

**H**ucusque tam summi Pontificis, *Sæcul. XVI.*  
 quam suorum Legatorum conatus, *A.C. 1581.*  
 quibus Tridentinam Synodum in  
 Gallis recipi, ac promulgari petebant, *Spond. u. 12.*  
 in irritum cecidere, nihilominus Guisii  
*Hist. Eccles. Tom. L.*      **A**      **Con-**



Sæcul. XVI. A C. 1581. Concilia provincialia, utpote Gallicanæ Ecclesiæ oppido proficua celebrare stantiebant, quin propterea summo Pontifici rem ingratam facere crederent, cum hic merito sperare posset, quod in eiusmodi Synodis etiam potissima ex parte Tridentini Concilii decreta essent recipienda: igitur primum hoc Concilium Rothomagi indicebatur a Cardinale Carolo Borbonio hujus Urbis Archiepiscopo, qui hac de re prius literas dabat ad summum Pontificem, a quo tam pium opus summopere commendabatur, edito diplomate die decima quinta Aprilis Anno Christi millesimo quingentesimo octogesimo: quapropter Cardinalis decretum Fontis - Bellaquei die vigesima septima Septembris edidit, ac Synodum indixit: verum morbo præpeditus Synodum suam prima Adventus dominica, prout constituerat, celebrare haud poterat, unde alterum decretum promulgare, atque Concilium ad Dominicam *Quasimodo*, secundam Aprilis diem anni millesimi quingentesimi octogesimi primi indicere coactus est.

§. II.

*Doctrinæ, & Disciplinæ capita in hoc Concilio sancita.*

Ipsè.